

## **Pimander de potestate et sapientia Dei / [Hermes].**

### **Contributors**

Hermes, Trismegistus.  
Ficino, Marsilio, 1433-1499.

### **Publication/Creation**

Venice : L. Dominici, 1481.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/ce6w5cj8>


### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



Ven Case 2.b.11.

Hermes Trismegistus

Pymander de potestate et sapientia Dei. [Hamletus  
by Marsilius Ficinus.]

Venice: Lucae Dominici. 15 May, 1481

one of the earliest  
books with title page.

Am 8458

Wurk 4490

BM. V. 260

Mercurius Tresmegistus 9A (33) 20667

Hain. Lopinger 8458

Froster 4490

Mercurius Tresmegistus

206

Venice, fucia di Domenico, 1481


Hermes [Mercurius] Tresmegistus

Venice 1481

Hain 8458

Froster 4490

q1. 5.  
29. 6. 08



*GD*  
Tu quicunq; es: qui hæc legis: siue grāmaticus: si  
ue orator: seu philosophus: aut theologus: scito:  
Mercurius Trismegistus sum: quem singulari mea  
doctrīa & theologica: ægyptii prius & babari: mox  
Christiani antiqui theologi: ingenti stupore atoni  
ti admirati sunt. Quare si me emes: & leges: hoc  
tibi erit cōmodi: quod paruo ære comparatus sū  
ma te legentem uoluprate: & utilitate affitiam. Cū  
mea doctrina cuicunq; aut mediocriter eruditio: aut  
doctissimo placeat. parce oro: si uerum dicere nō  
pudet: nec piget. Lege modo me: & fatebere nō  
mentitum: sed si semel leges: ruisum releges: & cæ  
teris consules: ut me emant: & legant. Bene Vale

LVCAS DOMINICI . F . VENETVS MI  
RA IMPRIMENDI ARTE PRAEDI  
TVS HOC MERCVRIL TRIS  
MEGISTI DIVINVM OPVS  
IMPRESSIT .  
VENETIIS .

M. CCCG . L XXXI . XV . MAII

69

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLO  
RENTINI IN LIBR VM MERCVRII TRIS  
MEGISTI AD COSMVM MEDICEM  
PATRIAЕ PATREM .

¶ O tempore : quo Moyses natus est  
floruit Achlas astrolog⁹ Promethei  
phisici frater. ac maternus auus ma-  
ioris Mercurii: cuius nepos fuit Mer-  
curius Trismegistus. Hoc autem de  
illo scribit Augustinus: Quāq Cicero atq; Lactan-  
tius : Mercurios quinq; per ordinem fuisse uolunt  
quintumq; fuisse illum qui ab ægyptiis : a  
græcis autem Trismegistus appellatus est. Hunc af-  
serunt occidisse argum: ægyptiis præfuisse; eisq; le-  
ges : ac litteras tradidisse . Litterarum uero caracte-  
res in animalium arborumq; figuris instituisse . Hic  
in tanta hominum ueneratione fuit : ut in deorum  
numerum relatus sit. Templa illius numinis cōstruc-  
ta q̄ plurima . Nomen eius proprium : ob reueren-  
tiam quandam pronuntiare : uulgo ac temere non  
licebat . Primus anni mensis : apud ægyptios nomi-  
ne eius cognominatur. opidū ab eo cōditur : quod  
etiam nunc græce nominatur .  
Mercurii ciuitas . Trismegistum uero . i. ter maximū  
nuncuparunt . quoniam & philosohpus maximus  
& sacerdos maximus : & rex maximus extitit . Mos

enim erat ægyptiis (ut Plato scribit) ex philosopho  
rum numero sacerdotes: ex sacerdotum cetero regē  
elgere. Ille igitur quemadmodū acumine atq; doc  
trina: philosophis omnibus antecesserat: sic sacer  
dos inde constitutus. sanctimonia uitæ: diuinogè  
q; cultu: uniuersis sacerdotibus præsttit. ac demū  
ad euptus regiam dignitatem: administratione legū  
rebusq; gestis superiorum regum gloriam obscura  
uit. ut merito ter maximus fuerit nuncupatus. Hic  
inter philosophos primus: a phisicis ac mathemati  
cis: ad diuinorum contéplationem se contulit. Pri  
mus de maiestate dei: demonum ordine: animæ  
mutatiōibus: sapiētissime disputauit. Primus igit  
theologiæ appellatus est auctor. eū sequutus Or  
pheus: secūdas antiquæ theologiæ partes obtinuit  
Orphei sacri iniciatus ē Aglaophemus. Aglaophe  
mo successit in theologia Pythagoras: quē Philola  
us sectatus ē Diui Platonis nostri præceptor. Itaq;  
una prisca theologie undiq; sibi consona secta ex  
theologis sex: miro quodam ordine conflata est: ex  
ordia sumens a Mercurio: a Diuo Platone penitus  
absoluta. Scriptit autem Mercurius libros: ad diui  
narum regæ cognitionē pertinētes q; plurimos. In q  
bus proh deus immortalis: quam archana myste  
ria: quam stupenda panduntur oracula. ne ut phi  
losophus tanrum: sed ut propheta sæpenumero lo  
quitur: canitque futura. Hic ruinam præuidit pri  
scæ religionis. hic ortum nouæ fidei: hic aduentū

christi: hic futuræ iudicium: resurrectionem seculi:  
beatoge gloriam: supplicia peccatorum . Quo  
factum est: ut Aurelius Augustinus dubitaue  
rit: peritia ne syderum: an reuelatione demonum  
multa protulerit . Lactantius autem illum inter  
sybillas: ac prophetas connumerare non dubitat  
E multis denique Mercurii libris: duo sunt divi  
ni præcipue . unus de uoluntate diuina: alter  
de potestate & sapientia dei . Ille Asclepius: hic  
Pimander inscribitur . Illum Apuleius Platoni  
cus latinum fecit Alter usque ad hæc tempora re  
stitit apud græcos . At nuper: ex macedonia in  
Italiam aduectus: diligentia Leonardi pistoriensis  
docti: probique monachi: ad nos peruenit . Ego  
autem cum tuis exhortationibus prouocatus: e  
græca lingua in latinam conuertere statuisse: æ  
quum fore putaui Cosme felix . ut nomini tuo  
opusculum dedicarem . Nam: cuius ipse adiutus  
opibus: librisque: assatim refertus: studiis græcis  
incubui: eidem studiorum græcorum me decet of  
ferre primitias . Neque fas erit: opus tam sapien  
tis philosophi: tam pii sacerdotis: tam potentis re  
gis: dicare cuiquam . nisi ipse esset: cui dicatur. pie  
tate: sapientia: potentia: reliquis omnibus ante  
celleret Est autem: ut ad scripta Mercurii descen  
damus: huius libri titulus Pimander. quoniam ex  
quattuor personis: quæ hoc in dyalogo disputat:

primæ Pimandro partes attribuuntur . Edidit  
vero librum ægyptiis litteris : idemque græcæ lin-  
gue peritus : græcis inde transferendo communi-  
cauit ægyptiorum mysteria . Propositum huius  
operis est de potestate : & sapientia dei dissenserere .  
Cumque sint horum operationes geminæ : Qua-  
rum prima in ipsa dei natura permanet : Secunda  
porrigitur ad extrema . Et illa quidem mundum  
primum æternumque concipit : hæc vero mun-  
dum secundum : temporelisque parit . De utris-  
que operationibus : deque mundo utroque grauissi-  
ma disputat . Quid dei potestas ? quid sapien-  
tia ? quo ordine intrinsecus concipiatur ? quo progres-  
su exterius pareant ? Preterea quæ producta sunt  
quomodo se inuicem habeant : quo conueniantur :  
quo ut discrepent : quo denique pacto suum respi-  
ciant auctorem . Ordo autem uoluminis est : ut  
in libellos quattuordecim distinguamus . utque  
primæ dialogi partes Pimandro dentur : Secun-  
das teneat Trismegistus : Tertias Esculapius : Quar-  
cum locum obtineat Tatius . Intendit ergo Mer-  
curius in diuinis Esculapium ac Tacium erudire .  
Diuina docere nequit : qui non didicit . At huma-  
no ingenio quæ supra naturam sunt : inuenire  
non possumus . Diuino itaque opus est lumines  
ut solis luce sole ipsum itucamur . Lumé vero diuina

mentis nunquia infunditur animæ : nisi ipsa : ceu lu  
na ad solem : ad dei mentem penitus conuertatur.  
**N**on conuertitur ad mentem anima : nisi cum ipsa  
quoque sit mens . Mens vero non prius fit : quia decep  
tiones sensuum : & phantasiæ nebulas deposuerit  
Hac de causa Mercurius modo sensus & phantasiæ  
caligines exuit . in aditum mentis se reuocat. Mox  
Pimander.i. mens diuina in hunc influit. Vnde or  
dinem rerum omnium : & in deo existentium : &  
ex deo manantium : contemplatur . Demum quæ  
diuino sunt igitur numine reuelata : cæteris homi  
nibus explicat . Is igitur est libri titulus. id proposi  
tum illius & ordo . Tu uero Cosme fœlic : lege fœ  
liciter . ac diu uiue : ut & diu patria uiuat .

MERCVRII TRISMEGISTI LIBER DE Po  
TESTATE ET SAPIENTIA DEI E GRA  
ECO IN LATINVM TRADVCTVS A MA  
RSILIO FICINO FLORENTINO AD Co  
SMVM MEDICEM PATRIAЕ PATREM.  
PIMANDER INCIPIT.

c VM de rerum natura cogitaré: ac mē  
tis aciem ad superna erigerem: sōpitis  
iam corporis sēlibus: quemadmodū  
accidere solet iis: qui ob saturitatem:  
uel defatigationē somno grauati sunt. subito mi  
hi uisus sum cernere quēdam: immensa magnitu  
dine corporis: qui me nomine uocans: in hūc mo  
dum clamaret. Quid est o Mercuri: quod & audi  
re: & itueri desideras? Quid est: quod discere atq;  
intelligere cupis? Tum ego. quisnam es in q? Sum  
inquit ille Pimander mens diuinæ potentiaæ. at tu  
uide. quid uelis. ipse uero tibi ubiq; adero. Cupio  
inquam rerū naturam discere. deumq; cognosce  
re. Ad hæc ille. Tua me mente complectere: & ego  
te in cunctisquæ operas: erudiam. Cum hæc dixis  
set: mutauit formam: & uniuersa subito revelauit.  
Cernebam enim inmensum quoddam spectaculū  
omnia uidelicet in lumen conuersa. suave nimium  
atq; iocundum: quod intuentē me mirifice oblae  
tabat. Paulopost ūbra quædā horrenda: obliqua  
reuolutione: subter labebatur. in humidamq; na

*Lumē*

turam migrabat: ineffabili tum ultu exagitataam.  
Inde fumus quidam manus i sonitu erupebat: ex  
sonitu uox egrediebatur: quā ego luminis uocem  
existimabā: ex hac luminis uoce: uerbū lactū pro  
diit: Verū hoc naturæ humidū adstās eam souebat  
Ex humidæ autem natūrū uisceribus: sincerus ac le  
uis ignis p̄tinus euolās: alta petiit. Aer quoq; leuis  
spiritu parens: mediam regionem inter ignem & a  
quam sortiebatur. Terra uero & aqua: sic inuicē  
commixtæ iacebant: ut terræ facies aquis obruta  
nusq; pateret. Hæc duo deinde cōmota sunt a spi  
ritali uerbo: quod eis superferebatur: aures eorū  
circunsonans. Tunc Pimander ait. Aduertis qd si  
bi hæc uisio uelit? Cognoscam inq;. Ait ergo Pimā  
der. Lumē illud ego sum mēs deus tuus: antiquo  
q; natura humida: quæ ex umbra effulgit. Mentis  
uero germē uerbum lucens dei filiū. Quid ergo i  
quā? Sic iquit. Cogita: quod i te uidet & audit uer  
bum domini. mens autem pater deus. Neq; enim  
distant adiuicē: horum unio uite est. TRISME  
GISTVS. Gratias habeo tibi PIMANDER. Ve  
rum i primis meditare lumē: atq; cognosce. TRIS  
ME. Hæc ubi dicta sunt: diu illum oraui: ut eius i  
deam ad me conuerteret. Quod cum ille fecisset:  
repente p̄spicio mea i mente lucem uitibus innu  
meris existentem: ornatū sine termino ignem: ui i  
gēti circūleptū: & i ipsa stabilitate dominatē. Hæc  
ipse p̄cepit p̄ Pimadri uerbū: q; me stuporū attonitū

Sic itege affatus est. Vidisti i mēte primā speciē inſi  
nito īperio p̄r̄ualētē: Eiusmodi quædam mihi  
PIMANDER. At ego illi. Elemēta natūf ūd manarūtē  
PIMANDER. Ex uolūtate dei: quæ uerbū cōple  
xa pulchrūq; īcūta mūdū: ad eius exēplar reliqua  
sui ipsius elemētis uitalibusq; seminibus exorāuit.  
Mēs ūt deus: utriusq; sexus fecūditate plēissimū  
uita & lux cū uerbo suo mēte alterā opificē p̄epit  
qui qđē deus ignis atq; spiritus numē. Seprē dein  
ceps fabricauit gubernatores: q circulis mūdū sen  
sibilē cōplectūtur: eorūq; dispositio fatū uocatur:  
Cōnexuit ide dei uerbū ex elemētis di deorsū tenē  
tibus: purū naturæ artificiū unitūq; est opifici mē  
ti. Consuſtāiale enim erat. Relictaq; sūt elemē  
ta naturæ deorsū cadētia sine ratione: ut sit tāquā  
sola materies. Mens quidē opifex una cū uerbo cir  
culos cōtines: ac cæleri rapacitate cōuertēs: suā ad  
se machinam flexit: eāque uolui ap̄ incipio ad finē  
absq; fine p̄acepit. Incipit enī illuc sēp ubi diffinit  
Hoc ū pfecto cunctoq; circuitus quēadmodū ipsa  
mens uoluit: ex elemētis iſerioribus animalia cōfla  
uit: rationis expertia. neque enim prebuīt rationē  
aer uolatilia protulit: aqua uero natātia. D̄ſtincta  
quoq; inter se sunt aqua & terra. eum imodum: q  
mēti placuerat. Terra postmodum animantia:  
quæ intus habuerat: peperit. quadrupedia uideli  
cet: serpētia: fera: agrestia: pariter atque domestica.  
At pater omnium ītellectus uita & fulgor existēs:

*Spiritus sancti*  
*factus*

*homo præcreatus*

hominem sibi similem procreauit: atque ei tanquam  
filio suo congratulatus est. Pulcher n. erat: patrisq;  
sui ferebat imaginem. Deus n. re uera propria for-  
ma nimis delectatus: opera eius omnia usui co-  
cessit humano. Homo autem: cum considerasset in  
tempore suo rerum omnium procreationem: ipse  
quoq; fabricare uoluit. Vnde a contemplatione pa-  
tris: ad speram generationis delapsus est. Cumq;  
omnium in se potestatem haberet: opifitia septem  
governatorū animaduertit. Hi autem humanae  
mentis meditacione gaudētes: singuli eorum proprii  
ordinis participem hominē reddidere. Qui post  
q; didicit horum essentiam: propriamq; naturam  
conspexit: penetrare atq; rescidere iam exoptabat  
ambitum circulorum: uimq; gubernatoris præsi-  
dentis igni comprehendere. Qui ue arbitrium &  
potestatem omnium habuerat: in animantia mundi  
mortalia et ratione carētia per harmoniam emer-  
sit atq; exiliit penetrans ac resoluens potētiam cir-  
culorum. Ostēditq; naturam: quæ deorsum labi-  
tur: uelut pu'chram dei formam: quā cum natura  
contueretur mira pulchritudine præditam esse: ac  
tionesq; omnes septem gubernatorum: atq; isup  
dei ipsius effigiem possideret. Illi amore ingēti sub-  
risit: utpote quæ humanæ pulchritudinis spetiem  
in aqua specularetur: eiusdēq; admirationē quādā  
in terra conspiceret. Ille præterea consecutus simi-  
lem sibi formā in se ipso existentem: uelut in aquā

amauit eam. secumq; cogredi cōcupiuit. Effectus  
est uestigio sequutus est: uolūtarē formāq; cui ētem  
ratione p̄genuit. Natura illud i quod tota fereba  
tur amore cōplexa: illi penitus sese iplicuit atq; cō  
miscuit. Quādo causam solus homo ex uniuersis  
terrenis animātibus duplicitis naturae cēsenē. mor  
tal is quidē ppter corpus: imortalis autē ppter ho  
minē ipsū sustentiale. immortalis. n. est: conctorū  
quæ arbitrium obtinet: cætera uero uiuentia. quæ  
mortalia sunt: fatu subiecta patiūtur. Non igit̄ har  
monia superior obstitit. in harmoniā uero lapsus  
periclitatus seruus effectus est. Hic utriusq; sexus  
fecunditate munitus: ab eo q arborū & riuorū fōs  
est: uigilq; factus: ab eo qui est uigilans: cōtinetur  
atq; eius dominationi subiicitur. TRISME. Post  
hæc: mens inq meæ rationis: ipse es. Tum Piman  
der. Id est inquit mysteriū: quod in hanc usq; diē:  
genus humanū latuit. Natura quippe homini sese  
imiscēs: miraculū attulit: quod ominū miraculorū  
uicit admirationē. Nam cū septē illoꝝ harmonia  
ipse iam fuisse imbutus ab eo: Quem tibi: pauloā  
te: narraui: patre uidelicet atq; spiritu: natura ipsa  
nō restitit. Quinimo septē ptinus homines pepit:  
septē gubernat̄ꝝ naturas. masculini pariter ac fe  
minini generis cōpotes atq; sublimes. At hæc ipse  
sic ituli. O Pimader: ardenti d̄siderio nup affectus  
sum. audire præterea reliq; cupio. Quare: ne hic  
me d̄seras: obsecro. Cæterꝝ ille mihi. PiMAN. Sile

Sile: nūdum. n. primū sermonē absolui. TRISME  
Ecce iam taceo. PI MAN. Horum seprē: ut dixi:  
generatio i hunc modū effecta est. Femina enī aer  
& aqua coeūdi cōpos ex igne maturitatē: ex æthe  
re sumpsit spiritū. conglutinavitq; natura corpo  
ra ad hoīs speciem effingendā. Non autē ex uita:  
& luce: i animā mortemq; processit. Vita q̄ppe ani  
mā largita est: lux deniq; mortē. Talia pfecto usq;  
ad finem circuitus pricipiorū simul & generū: cūc  
ta mundi sensibus mēbra manebant. Verū audi iā  
reliquū: quem sūmopere cupiebas: sermonē. Expla  
to demū circuitu: ōniū: uolēte deo: solutus est no  
dus. Nam cūcta: utriusq; generis: animātia: una cū  
hoīe: dissoluuntur. Et mascula quidem exparte: fe  
mineaque similiter conficiebātur. Extemplo deus  
uerbo sācto clamauit. Pululate: adoleſcite: pp: ga  
te uniuersa germina: atq; opera mea. Vc s insuper:  
qui bus mētis portio cōcessa ē: genus recognoscite  
uestrū. uestrāq; naturā imortalē cōſiderate. Amo  
rem corporis: mortis causā: esse scite: rerū omniū  
naturā discite. His dictis. prouidētia p fatū harmo  
niamq; cōflauit mixtiōes: generationesq; cōſtituit  
Vnde cūcta sunt secūdū genus pprium ppagata.  
Demū q seipsum cognouit: bonū: quod ē super es  
tentiam: consecutus est. Qui uero corpus amoris  
errore cōpletebātur: is oberrabat in tenebris mor  
tis: mala sensu p̄cipiens Quod tamē delinquunt:  
ignorantes inquā ut ob eam causā inmortalitate  
priuentur. PI MAN. Videris o Mercuri non satis i

*estite et multi  
locamini.*

telligere: quæ audieris. TRISME. Et si nudū itelli-  
gere sim p̄fessus: intelligo tamem. ac memini. PI  
MAN. Gratulor si quæ dicta sūt: tenes. TRISME  
Respōd mihi quæso Pimáder. cur digni morte sit  
hi: qui i morte iacēt? PI MAN. Quia precessit ppri  
o corpori tristis ubra: ex hac qdē natura humida  
Ex hac uero corpus imūdo fēsibili cōstitit. ex hoc  
deniq; mors ipsa scaturiit. Num hoc tenes Mer-  
ci. Tenes & qua de causa: q seipsū cognoscit: trāsic  
in deū. ut dei uerbū tradidit. TRISME. Quonā  
ex uita & luce cōstat oīum pater: ex quo natus est  
hō. PI MAN Recte loqueris. Lux & uita deus est:  
& pater: ex quo natus est homo. Si igī cōprehēde-  
ris te ipsū ex uita ac luce cōpositū: ad uitā rursus  
lucēq; trāscēdes. TRISME Hæc ait Pimáder. At  
ego. Adhuc mihi mens dicas oro: quonā pacto ad  
uitā ascēderū queā? PI. Deus ipse mens iussit ut hō  
mentis particeps: se ipsū aīaduerteret. TRIS. Nō  
ergo hoīes singuli mentē possidēt. PI. Recte dicas  
Mercuri. adlū. n ego mēs iis: qui boni: pii: puri: re-  
ligiosi sc̄tiq; sūt. p̄fētiaq; mea fert illis opē. adeoq;  
ut statī cūta dignoscāt: patrēq; paccatū & ppitiū  
hēant. Itaq; grās agūt benedictēt pie & hymnis so-  
lēnibus collaudātes: cōcedūt sāe corpus mortis uae  
sēsuū illecebras fastidiūt: utpote q clār diiudicāt q  
læsifera sit sēsuū lēocīa. qn & ipa mēs iāitoris mu-  
nerū fūgēs: icidētes iisidias corporis haudquaq; p̄mitto  
finem consequi suum. aditus. n. per quos tur-  
pes blanditie manare solent: iugiter intercludo

qui bus mens ad

Ibidinūq; somites omnes extinguo . Contra ab  
ignaris: iprobris ignauis: iuidis iniquis : omicidis i  
piis pcul admodū habito . pmittens eos demonis  
ultoris arbitrio : qui ignis acumen incuciens : sen  
sus affligit . magisq; ad patranda scelera armat ho  
minem . ut turpioris culpæ reus: acriori supplatio  
sit obnoxius . Eumq; sine ulla intermissione: ad iſa  
ciabiles cōcupiscētias inflamat . Cum eo pugnat  
intenebris: peccatū exanimat: & ignis impetum in  
eius cruciatū mirū in modū cōcitat: atq; adauget :  
**T R I S M E** . diligenter mihi omnia o mens: quem  
admodum postulabā: exposuisti . Ulterius autem  
id respōde . quid post accēsionē futurū sit? Primū  
quidem Pimander ait . In corporis materialis reso  
lutione: corpus i alterationē labitur . Spesies quam  
ante habuerat: insensibilis delirescit in posterum .  
Morum otiosus habitus demoni concedit: atq; di  
mittitur . Sensus corporei partes anime facti: suos  
in fontes refluunt: aliquādo in suos actus iteḡ su  
recturi: irascendi & appetendi uires in naturā con  
uertunt ratione carētem . Itaq; residuum tum p har  
moniam recurrit ad supera . Primæ dehinc zonæ  
crescendi pariter & decrescēdi officiū reddit . Secū  
dæ machinationem maloḡ: otiosumq; dolū . Ter  
tiæ otiosam concupiscentiæ deceptionem . Quar  
tæ: iperiosā atq; inexplebilē abitionē Quintæ pro  
phanā arrogatiā: & audaciæ temeritatē . Sextæ oc  
casiones diuitiaḡ prauas: itēq; otiosas . Septic zonæ

mendatium insitū . Tunc sane animus harmoniæ  
motiones exutus: ad optatā naturā revertit: ui  
propriam habens: unaq; cum iis: qui illic sunt: pa  
trem laudat . Ipsi quoq; in potestatum se numerū  
conferunt: effecti q; potestates: deo fruūt . Aī q; id  
est sūmum bonū eoz: quibus cognoscēdi sors cō  
petit. Deum. s. fieri . Quid præter hæc ad te p̄tin&  
nisi ut cuncta āplexus: dux fore uelis eoz: qui cu  
ra sint tua digni: ut humanū genus tuo munere di  
uinā salutē cōsequaf . Talia quædā effatus Pimā  
der: in potestatū diuinag; numerū se reduxit. Ego  
autem benedicens ac gratias agens uniuersoz; pa  
rēti: surrexi iā corroboratus ab illo: totiusq; edoc  
tus naturæ ordinē . Spectaculū & clarissimū cōtē  
platus: hinc ipse cepi hominibus pietatis & sciētiæ  
decorē enuntiare . O populi uiri terrigenæ: q; uos  
ipsoſ ebrietati: somno: & ignoratiæ dediſtis: sobrii  
uiuite Abstinete a uētris luxu uos: qui in rationali  
ſono demulcti eſtis. Illi autē exaudiētes: mecū una  
nies cōuenere. Tūc rursus adieci. Cur o uiri terrige  
ne p̄cipites in mortē ruitis: cum uobis haudquaq;  
d̄ſit imortalitat̄ cōsequēd facultas. reuocate iā uo  
ſmet: q; laboratiſ iopia: ignoratiæ tenebris ſuoluti  
Discedite ab obſcuro luie. asciscite imortalitatē co  
rruptōnē fugite. eoz uero p̄tī deridētes abſedebāt  
i mortis iter p̄cipitati p̄tī aut̄ ad pedes meos p̄strati  
ut eos iſtruerē p̄cabāt. Subleuans iḡr eos: dux hu  
ai fact⁹ ſū generis. oſtēdebā q̄ppe illis quæ rō eſſ&

Oratio ad terr  
nas

cōsequendæ salutis. Sapientiæq; sermones illoꝝ a  
uribus infundebam. Quo factū est: ut illi ex ibriū  
p̄cellis emerſerit: tādē aduērāte uesp̄e: solisq; radiis  
occidētibus: ut deo grās agerēt præcipiebā. Postq;  
uero grās egerant: q̄sq; in ppriū se cubile cōdebat  
Ego autē Pimādri beneficiū inscripsi penetralibus  
aii. aīq; adeptus quæ perierā ōnia: i gaudio ūq; euui  
Corporis. n. lōnus cūlobrietas extiterat: oculoꝝ cō  
pressione uerus intuitus. silentiū meū bōitatis fecū  
da prægnatio. sermonis prolatione bonoꝝ oīum ge  
nitura. Hæc mihi cōtigerūt ex mēte hauriēti: id est  
ex Pimādri diuīæ potētiæ uerbo. Vnde ip̄e diuīo  
afflatuſ ſpiritu: ueritatis cōpos effectus sum. Quā  
obrē ōnibus aīi uitib⁹: patri deo grās ago. Sāctus  
deus pater ōīum. Sāctus deus: cui⁹ uoluntas a p  
priis potestatibus adipletur. Sāctus deus: q̄ ſuis fa  
miliaribus inotescit. Sāctus el: qui uerbo cūcta cō  
ſtituisti. Sāctus es: cuius imago est ōnis natura. Sā  
ctus es: quē nūq; natura creauit. Sāctus es ōni po  
testate ualidior. Sāctus es ōni excellētia maior. Sā  
ctus el: ōni laude melior. Excipe uerboꝝ ſacrifitia  
ſācta ab aio & corde debito tibi manātia. Ineffabi  
lis ſolo ſilētio p̄dicādus ab eo: qui fallatias ueræ co  
gnitioni cōtrarias declinavit. Annue: corroborā  
me. atq; huius grē p̄ticipes effice eos: q̄ in ignorā  
tia uerſant: cognitōe qdē mihi fratres: tibi autē fi  
lli. Etenī fidē tibi p̄sto: testimoniuſ de te perhibeo  
In uitā ac lumē aſlurgo. Ip̄e pater es uenerādus. hō

autē tuus : sāctitate una tecū potiri desiderat . cum  
potestatē illi ónium arbitriumq; concesseris .

## MERCVRII AD AESCVLAPIVM SER MO VNIVERSALIS .

d Eus atq; ip̄a diuinitas dico uunc : nō q̄gēi  
tū : uidelic& quia ingenitū . Si ergo diuinum sit : es  
sentia est . sin deus etiā sup essētiā . Intelligibile autē  
id hoc pacto . Intelligibilis . n . deus : primus nō sibi  
sed nobis extitit . Intelligibile q̄ppe intelligēti : p se  
sū subincidit . Deus itaq; minime sibi intelligibilis  
Non . n . aliud qddā existens : pter id quod intelligit  
intelligitur a se ip̄o . Est tamē differens quiddam  
a nobis : siccirco a nobis intelligitur . Quod si intel  
ligibilis logos: nō deus . Sin ut deus haud sane : ut  
logos uerbū tāquā discretus dicatur . Omne autē  
quod mouetur: nō in moto: sed i quodā stabili mo  
uetur . Ipsū quoq; quod mouet: & pman& . ipossi  
bile . n . est cū eo simul agitari . ESCVL A . Quonā  
igē pacto Trismegiste: ea quæ i mūdo sūt: mutāt  
una cū iis: quæ mouēt . Nam speras esraticas . ab a  
plane spera moueri dicebas . TRIS . Iste nō motus  
o esculapi: sed resistētia est . Non enī eodeē: sed mo  
do contrario gradiuntur . Oppositio uero reuer  
berationem motionis stabilem continet . Repercus  
sio . n . stationis: agitatio est: Ideoque erraticæ spere  
contrario : ac a plane subalterne inuicem discut  
endo : obuiatione contraria circa oppositionem

huiusmodi: ab ea quae præstat: agitantur. Quod quidem aliter habere se nequit. Nam arctos ipsas: quas nosti: nec exoriri unquam: nec mergi circa idem per perpetuo recurrentes: non moueri censes an consistere potius? ES Moueri o trismegiste; TRISME. Quoniam motu esculapi? ESC. Motione circa idem sempiternam curate. TRISME. At uero circulacio illa idem: & circa idem motus statione contentus. Ipsu namque circa idem probabit: quod super ipsum est. Impeditum autem id: quod super istum est circa idem istat. Atque ita contraria agitatio firma est: ab ipsa oppositione perpetua stabilita. Exempla tibi ante oculos ponam: in terris uiuentium. ueluti: dum homo quis natat: currente nimis aqua: manuum simul & pedum impetuus stare hominem efficit. ne cum aqua pariter colabatur: aut mergatur in eam. ESCULA. Perspicuum o trismegiste exemplum in medium atulisti TRISMEGISTVS. Quodcumque ergo mouetur in statu: a statu mouetur. Motus itaque animalis omnis: quod ex materia comstat: nequaquam fit ab his quae sunt extra mundum. Ceterum ab internis ad externa: seu ab anima sive a spiritu: sive ab animo quodam incorporali. Corpus enim corpus animatum minime mouet si neque totum simul corpus: & si inanimatum existat. ESCULA. Qua ratione id assertis o trismegiste. TRISME. Ligna & lapides: & cetera omnia: quaecunque anima habent: non mouentur acoribus esculapi.

**Q**uod enim ita corpus mouēns ipsum inanima  
tum: non utiq; corpus illud est: quo mouentur u  
traq;. Et corpus eius quod fert: eiusq; quod fert  
Non illud quoq;: quod dictum est: animatum est  
ob eam potissimum rationem quod mouet. Non  
ne ergo perspicis animam tunc onerari maxime:  
quando sola duo corpora sustinet? **Q**uinetiā ma  
nifestum est quicquid mouetur: in aliquo et ab ali  
quo stāte moueri. **E**SCVLA. In illo utiq; muta  
ri oportet: quæ mutantur o Trismegiste. **T**RIS  
**M**EG. Recte dicas o esculapi. Nihil est i rerum or  
dine uacuum. Solū uero quod non est: quod pri  
uatur existentia: uacuum nuncupandum. Nihil e  
ni reperiri potest: quod cum existat uacuum sit. **E**S  
**C**V. Nonne ēperiūtur quædā uacua trismegiste?  
ueluti dolium uacuum: uacuus puteus: & similia quo  
que q̄plurima. **T**RISMEG. Heu q̄procul a ueri  
tate uagaris o esculapi. quæ apla: & maxime om  
nium plena sunt: ea tu uacua putas. **E**SCVLA:  
**Q**uomodo id o trismegiste? **T**RISMEGI. Aer p  
fecto corpus est. id corpus reliqua penetrat: discut  
ensq; replet omnia. Corpus enī huiusmodi est: ex  
corporalibus non compositum. Quo fit: ut quæ  
cunq; tu uacua nōcupas: plena sint aeris. Itaq; cō  
caua potius ista: quam uacua nominari debent.  
Nam & existūt: ac aeris: spiritusq; sūt plena. **E**SCU  
LA. Inuicta atq; idubia hæc est ratio trismegiste.  
Aer corpus est. id corpus i reliqua pmanar. atq; in

Fluēs cōplet omnia. Locū i quo ône mouetur : qđ  
esse dicemus: TRISME. icorporeū o esculapi. ES  
CVLA. Incorporeū uero qđ est: TRISME. Mēs  
ac ratio se se cōpletest: libera ab óni corporis mo  
le. ab errore aliena: ipassibilis: itāgibilis: ipsa sibi as  
sistēs: purgās: atq; seruās ónia: Cuius radii sūt bo  
nū ueritas: p̄cipiale lumē: primaq; àmīa ge forma  
ES. Deus quid est: TRIS. Quod nullū ex iis est:  
horū tamē oīum ut sint: causa. præsēs quidē cūct: s  
præsēs & unicuiq; neq; quicquā p̄mittit nō esse  
Omnia ex iis. quæ sunt: p̄creātur. De nihilo autē  
nihil p̄uēit. Nam quæ minime sunt: naturā nullā  
habent: qua fieri ualeant. cōtra. ea quæ sunt: natu  
ram nō habent: p̄ quam aliquādo nō existant. ES.  
Quid igitur aīs de nō esse aliquādo: TRIS. Deus  
p̄fecto mens nō est. at uero ut siemens: causa est:  
nec spiritus: sed causa: qua spiritus extat. nec lumē  
sed causa: qua lumē existit. Vnde dēū colere opor  
tet duobus iis cognomētis: quæ soli competūt illi.  
Cæteroge uero nulli p̄eitus cōgruūt. E. n. ex iis: q  
præter ipsū appellātur dīi: seu demones: siue homi  
nes: nullus esse tā bonus potest: quā deus unicus  
Is enī ipsū bonū est. nec aliud qcquā præter bonū  
Reliqua omīa ab ipsa boni natura secreta sūt. Cor  
pus qđē & anima locū habēt nullū: quo bonū ca  
piat. Tam āpla enī est bonitas: quā existētia rerū ò  
niū: tum corporaliū: tum & incorporaliū: sensibili  
umq;: & itelligibiliū: id bonū est: is est deus. Cae

itaq; ne quando dixeris aliud qcquā bonū. ppha  
nus enī hic foret error. Neq; & dixeris deū aliud  
quiddā: præter solū bonū. In eandē qui ppe ipieta  
tem icideres. Sermone igitur ab omnibus bonū p  
nunciatur. Quid tamē sit: ab omnibus nō intelligit  
iccirco deus nō cognoscit ab omnibus. Verū prop  
ter ignoratiā. tum deos: tum & nōnulls homies  
bonos nominat. Nunq; tamē esse boni possūt nec  
ēt fieri. Reliq igitur dñi cūcti imortales honorati  
nomine dei. Deus aut̄ bonū nō secūdū honoratio  
nem: sed ipsa sui natura. Vna enī dei natura est: ip  
sum scilicet bonū. Vnū qdē est iutrisq; nōibus: uđ  
cūcta genera pfluūt. Bōus enim porrigit ūiuersa:  
nec accipit qcquā. Deus exhibet omia: capit nihil  
Igit̄ deus bonū ac bonum de⁹. Altera dei appella  
tiopater est. ob eā causā: q̄a omia gignit. Patris enī  
officiū est generař. Qua ppter præstás id i uita céle  
ſt studiū: atq; ipsū apud sapiētes: pcreatio liberoge  
Extrema uero omniū calamitas & inpietas accidit  
illi: q̄ absq; filiis e uita decedit. Qua d̄ causa: dmo  
nibus dat penas post obitū. Supplicū deniq; hu  
iuscemodi est: ut sterilis anima ī corpus quoddā p  
iudiciū migret: Cui nec maris nec feminæ natura  
īsit. Quod qdē a sole eleuatū est: atq; cōuexū. Igī  
o esculapi cū homie: q̄ nullos genuit filios: nuliū  
habeto cōmertiū. Infelicitatis tamē eius miserere:  
cū noueris quæ hunc mulcta post iteritū maneat  
Tot igī tibi & talia dicta sit o esculapi: ex qbus p  
cognitio quædā omniū naturæ colligitur

Quas penas  
y mi alsa fili  
e vita deceps

## MERCVRII SERMO SACER.

g **L**oriam omnium deus: diuinum: diui  
na natura: principium uniuersorum:  
deus: mens: natura: actus: necessitas  
finis: & renouatio. Erat enim umbra  
infinita in abyssso. aqua insuper & spiritus tenuis  
intellectualis: p diuinam potentiam i caos inerat  
Floruit autem splendor sanctus: qui sub harena &  
humida natura elementa deduxit. Dique omnes  
seminalem naturam diligebat. Cumque indistincta  
fuissent: leuia postmodum in excelsam regionem  
prouolarunt: grauia sub harena humida residerunt  
Distinctis libratisque rebus: igneo spiritu uehebatur.  
Emicuit coelum septem i circulos. Dii i astrorum  
ydeis: cum signis eorum conspiciebatur. In numeratae  
sunt stellae: secundum eos: qui i habitant illas: deos  
ambitus amplior cursu suo: aereo circulo: conspicia  
ter diuino spiritu uectus. Quisque deorum ex in  
terna uirtute ascriptum sibi opus expleuit. Nata sunt  
ergo uiuentia: quadrupedia: reptilia: aquatica si  
mul: atque uolantia. Satio item omnis per semina  
pululans gramem: herba: atque germina florum: semem  
tem quoque regenerationis itrinsecus comprehendebant.  
Generationem hominum ad diuinorum  
operum cognitionem: testimoniumq; naturae: ad i  
peradum omnibus: quae celo teguntur: ad bono  
rum discretionem; ad incremecun generis: nume

riq; propaginem. Omnisq; aia uelata carnis ūbra  
culo:ad cœlestiū deorum discursum suscipiéendum  
ad opera dei:& naturæ pgressus:ad bonoꝝ signa  
ad potestatis diuinæ cognitionem. Portio quædā  
turbida est ad bonoꝝ malorūq; iudiciū : ac bono  
rum uariū artificiū inueniēdū. Incipit tamē in illis  
uiueſ. Sapiétiāq; nancisci:ad portionē cōtinue cur  
sus deoꝝ circūeuntium:resolui præterea in id:in  
quo ampla extabunt monumenta:admonitiōesq;  
artificioꝝ super terrā electis in nomine tépoꝝ her  
be generatiōe carnis animatæ. Tabefactus semē  
tibus fructuū opifisq; naturæ & artis reiuene  
ſcent. Deniq;: uesci necessitate:& renouatiōe dōꝝ  
cursuq; circuli numerosæ naturæ. Diuinū at ipsa  
scilicet omnis cōspiratio mundi.natura denuo flo  
rescente:etenī in ipsa diuinitate natura ēt cōſtitit .

## MERCVRII AD TATIVM CRATER SIVE MONAS .

u Niuersū mundū uerbo nō māibus fabri  
catus est opifex. Ip̄e uero sic cogita illū p  
ſentē ſēp agētē ſōnia:deū unicū uoluntate  
ſua cūcta cōſtituētē . Id.n. eius corpus eſt :nō tan  
gibile:nō uisibile:nō dimēſū :nō distans neq; alteri  
us cuiusq; ſimile. Nā nec ignis nec aqua nec aer nec  
&c ſps. Veꝝ ab eo hæc pēdēt oīa.bonum uero ita  
eſt. ut ſibi ſoli id competat. Terram quoq; ornatu  
mūndus nō man  
ſed uerbo fact

*inor non est in  
eo*

quodā diuini operis exornār uoluit. Dimisit itaq; hominem mortalis animantis: mortale animal: & mundus quidem refertus animalibus uiuētis mūdi per intellectum atque rationem. Homo enim effectus est diuini operis cōtemplator: Quod pfecto dū admiraretur: auctoriē eius agnouit. Sermonem qdē o Tati singulis hominibus deus īpertit: mētem uero nequaquā. nō quod inuiderit: quib⁹ ne utiq; īuidet. Liuor quippe ab eo non prouenit: sed illa quæ habitat cū animis hominū mente ca rentibus. TATIVS. Cur o pater .non omnibus dūs mētem communicauit? TRISME. Quoniam uoluit eam o fili: in medio tanquā certamē : premi umq; animaq; proponere. TATIVS. Vbinā hanc locauit? TRISME. Cum craterem patulū hac impleſſet: preconem misit: iubens talia quædam animis hominū nunciare. Mergat seipſam in hanc pateram: quæcūq; potest: quæ uidelicet credit craterem animā ad eū: q demiserat: redditurū. Quæ ue finem noscit: cuius gratia nata fuerit. Quicūq; igitur præconum exaudierūt: seq; miserunt in mē tem: ii cognitiōis participes effecti sunt. mentemq; suscipiētes: in homines perfectos euasere. At: qui præconiū neglexerūt: hi sermonis qdē participes mentis autem expertes: relicti sunt ingnorantes: & cuius gratia: & a quo geniti fuerint. Horū præ terea: sensus: irrationalis animantis sensuum similes: iraq; & cupidine īpliciti. ea quæ sunt digna cō

specu: ne quaquam admirantur. Nam libidinibus  
corporis mancipati: horum causa natum hominē  
arbitrantur. Quicunq; uero dei materia fulti sūt:  
ii o Tati secundum operum cōparationem : pro  
mortalibus immortales habentur. intelligētia sua  
cuncta complexi: quæ in terra sunt : & quæ in ma-  
ri: & si quid est præter ea supra cœlum . Atq; ad o  
seiplos erigunt: ut ipsum quoque bonum intuean-  
tur. Quod sane cum perspiciunt eam: qua hic ues-  
cimur uitam: miseriam quādam arbitrantur . De  
spiciētes utiq; tum etiam corpore a omnia ad unū  
solum feruntur . Hic o Tati scientiam mentitus ē  
diuinorum: si contemplatio est intelligentia dei: di-  
uino existente crater . TATIVS . Evidem o pa-  
ter huius crateris latice ablui cupio . TRISMEG .  
Nisi o fili tuum corpus oderis: teipsum amare nō  
poteris. Quam primum uero non te: sed deum ip-  
sum dilexeris: mentem protinus cōsequeris . hanc  
deniq; nactus sc̄iatiam: ea uestigio nācisceris . TA  
TIVS . Quonā pacto asseris hæc o pater ? TRIS .  
Impossibile est o fili: utrisque simul intēdere. mor-  
talibus uidelicet: atq; diuinis. nam cum duo tantū  
in ordine rerum iueniātur: corporeū: & īcorporeū  
& illud quidem mortale: hoc diuinum dicatur  
electione unius: ammittimus alterum . Quoti-  
ensque unius cura remittitur: alterius actus in-  
tendit: Potioris itaque oprio: eligenti decoras;  
nōmodo hominē: q; elegit: deū reddit. uebz pietatē

erga deum cæteris quoq; demonstrat . Deterioris  
autē electio : hominem quidē ipsū perdit . aduer<sup>9</sup>  
autē deū nihil præter id unum delinquit . s. q; quē  
admodū pompæ per media transeunt: ipse quidē  
nullius actionis cōpotes: cæteros aut̄ impedientes  
Haud secus isti pōpæ instar uagantur: atq; ober  
rant . propter corporis uoluptates . Cum hæc iḡ  
ita se habeant o Tati : diuina offitia præcedere: hu  
mana sequi debet . Deus pfecto extra culpā: malo  
rū a nobis causa uenit . nā mala bonis antepōim<sup>9</sup>  
Cernis o fili q; corpora coelestia trāscēder nos op<sup>9</sup>  
est: quodq; choris demonū abesse abitūq; astræ ge  
corūq; progressus superare: ut ad unū solumq; de  
um tendamus . Insupabile . n. bonū est: sine termio  
infinitum: quo ad se nūq; incipiens: quo ad huma  
nam cognitionē: principiū habens . Eiusmodi ta  
men cognitio non eius initium est: sed nob̄ s: ipsi<sup>9</sup>  
cogniti p̄cipium exhibit . P̄cipiū itaq; cōlecta  
mur . Hoc . n. cognito: uniuersa celerrime discurre  
mus Arduū autem est cōsueta ac præsētia reliquē  
tē: ad superiora se potioraq; cōuertere . Illa . n. quæ  
oculis cernimus: nimium nos delectant . latentia:  
diffidentiam pariunt . Patentia autē sane mala sūt  
bonum occultum iis: qui manifestis incumbunt:  
Nec enim forma eius ulla: nec figura . hac de ca  
usa sui tātum simile cæteris: horum uero dissimi  
le . Etenim corpori: incorporeum apparere non  
potest: huiusmodi est similis ad dissimilie differen

tia: dissimilisque ad id: quod simile est'. Posteritas  
Monas. i. unitas omnium principium radix atq;  
origo: absq; uero principio nihil. iniciū autem est  
nō principii: sed alterius. Monas ergo principiū:  
omnēq; numerū cōtinet. [A nullo cōtēta: ônemq;  
gignit numerū:nullo numero genita. Quicquid  
ut q;: genitū imperfectū diuiduū crescens atq; de  
crescens. Ei uero quod perfectū: horum nihil acci  
dit. Id sane quod augescit: uirtute monadis augēt.  
Euaneſcit autem imbecillitate propria: cum ulteri  
us monadem capere nequeat. Hæc tibi o Tatī p  
uiribus: imago dei subscripta sit: quam si diligēter  
consideraueris: oculisq; internis pronoueris: crede  
mihi fili: ascensum ad excelsa comperies. Quinetiā  
imago ipsa te perducet: habet enim uim certam ui  
sio eis: qui intuendi desiderio flagrant. apprehēdit  
eoq; trahit modo: quo lapis: qui magnes dictus  
est: ferrum .

MERCVRII AD TATIVM FILIVM SV  
VM. Q VOD DEVS LATENS SIMVL  
AC PATENS EST .

**h** Vnc præterea sermonem apud te trāsigā  
o Tatī: ne precipuum nomen tibi desit .  
neue ignores id: quod plurimis occultū  
uidetur esse perspicuum . Nam si nusquam pate  
at: nihil utiq; erit. Quodcūq; se offert aspectui: ge  
b 3

nitum. quod uero latet: sempiternum: Neq; n.o  
pus est: ut appareat: quando quidem esse nunquā  
desinit. Ante oculos quidem id: reliqua ponit: ipsū  
uero secretū manet: ut pote quod uita fruitur sē  
piterna. Etenim phantasia solum: circa quæ geni  
ta sunt: uersatur. in qua præter generationē nihil  
existit. At unicum id ingenitum: incōprehensibile  
phantasiæ. Cum uero per ipsum cuncta clarescāt:  
per omnia rursus atq; in omnibus fulget. Hisque  
præsertim apparet: quibus ipse notitiam cōmuni  
care uoluit. Tu igitur o fili mi Tati in primis piis  
precibus obsecra dominū: patrem unicum: unū: &  
a quo unus: ut sis illius misericordia dignus. Sic rā  
dem deum rātum p̄cipere poteris: si uel unus dū  
taxat illius radius intelligentiæ tuæ b̄gnigne reful  
xerit. Sola siquidem intelle<sup>c</sup>io latens: latentia per  
spicit. Itaq; si mentis oculis ispexeris o Tati: ille ti  
bi: crede mihi: patebit. Deus sane totius expers in  
uidiæ: per singulas mūdi particulas ubiq; splēdet  
atque adeo se notum præstat: ut nō intelligere mo  
do: sed manibus etiam ipsis: ut ita dixerim: liceat  
atrectare. Nam ūdiq; nostris oculis eius obuersa  
tur: seq; obiicit & inculcat imago. Quod si ifimū  
te laudes: quomodo aut teipsū aut eum iuenies?  
Deniq; cum deum uidere uolueris: suspice siderū  
ordinem reliquorum. Quis age perpetuum h̄c  
seruat ordinem? Ordo quidem omnis numeris: lo  
ci limitibus terminatur. Sol deus deorum cœlesti

um prestantissimus. Soli coelites reliqui ueluti pri-  
cipi regiq; parēt. Sol tantus: terra simul amplior  
atq; mari: minores tamen supra se stellas innume-  
ras cōuerti patitur. Quem timet is: quem ueretur  
o fili? Diuersorum siderum sunt motus. Quis mē-  
suram singulis motionis assignat? **TATIUS.** Arc-  
turum circa idem se ppetuo uertens: totaq; trahēs  
mūdi machinā. **TRI.** Quis hoc uitit ut istrumēto?  
Quis m̄re suis finib; circumscribit? Quis terræ  
pondus s̄istit: ac librat in medio? Est certe aliquis  
o Tati: horum auctor: ac dominus. Etenim locū  
uel numerum: uel mensuram seruare absq; aucto-  
ris uirtute impossibile est. Ordo fieri a deformita-  
te nequit. Eget autem deformitas a domino: qui  
ordinem præbeat. Vtinā tibi dare ē o fili facultas:  
ut alarum adminiculo in sublimem aeris plāgam  
uolares: mediamq; inter coelū ac terram regionē  
sortitus: cōspice res terræ quidē soliditatē: maris  
diffusionē: fluxū fluminū: aeris ap̄litudinē ignis  
actā cæleritatē. O fœlicissimū fili spectaculū o be-  
atisſi nam uisionem. Siquidē uno lumium motu  
seriem mundi totius comprehenderes: immobile  
q; factorem concitum: latenter quoq; perspicuū  
cerneres. quod si per ea etiam: quæ terra substinet  
tur fragilia: & aquæ profunditate conduntur de-  
um artificem inuestigare uolueris: age fili: circū  
spice humani corporis opifitum: Cuius admoni-  
tione perdisce: quis tam pulcher imaginis cōditor.

Quis oculorum pictor:quis nares auresq; torna  
uit. Quis labia distendit oris. Quis nervos teten-  
dit atque ligauit. Quis irrigauit uenas. [Quis ossa  
concessit solida:quis carnem pellicula tenui circū  
texit. Quis digitos articulosque discreuit. Quis  
fundamenta pedum extendit. Quis perforauit  
poros:atq; meatus aperuit. Quis splenem coegit:  
atque compressit. Quis pyramidem impressit cor  
di figuram. Quis iecoris porro rexit fibras. Quis  
pulmonum sculpsit fistulas. Quis alio capacem  
amplitudinem tradidit. Quis honoranda corpo-  
ris membra i propatulo figurauit. Quis obscena i  
obscuro prorsus abdidit:eaq; aspectu cernentium  
uoluit secreta iacere. Vide quot diuinæ artis opa i  
una materia demonstrantur. Singulaq; pulchra:  
recteq; dimensa.necnon p̄priis iuicem officijs dif-  
ferentia. Quisnam singula finxit? q̄lis mater? q̄  
lis pater? nonne hæc solus ipse inuisibilis deus cūc  
ta:propria uoluntate:molitus est? Et cum statuā  
& imaginem absq; fabro & pictore fieri nullus af-  
serere audeat:miram mundi huius constitutionē  
sine conditore constituisse putabimus.O cecū ho-  
mūculum.o nimis impium.o p̄fundis obrutum  
ignorantiæ tenebris.Caue caue inquā o fili mi Ta-  
ti:ne unquā artificiū priues artifice. Quinimo cō-  
gruo deum nomine præiuocato.patrēq; esse p̄pri-  
um eius existimato.quod si me quiddā audacius  
p̄ferre coegeris:huius essentiā esse dicā;cōcipere ac

facere singula: quemadmodū sine factore fieri qc  
quam nequit. Ita deum exister semper nisi semper  
agat oia:impossibile est. in celo uidelicet aere:terra  
mari:in toto mundo:in qualibet particula mundi:  
tum in eo:quod est.tum in eo : quod non extat.  
Nihil est in omni natura:quod ille ipse nō sit.est il  
le siquidem:quæ sunt.est ea &:quæ minime sunt.  
**Quæ** quidem sunt:deduxit i lucem.quæ nō sunt  
occultit in seipso. **Hic** deus nomine melior . hic oc  
cultus:hic rursus oium patentissimus . hic menti  
cōspicuus:hic præsens oculis:hic incorporeus.hic  
ut ita dixerim multicorporeus:Nam nihil i corpo  
ribus est:quod ipse nō sit. Omnia enim ipse solus  
existit. Nomina insuper habet omnia:quoniā un⁹  
est pater. Nomen quoq; nullum habet:quoniā pa  
ter est omnium. Quid ergo te laudabit:supra te: a  
infra te positum? Quo uertam oculos:ut te laudē?  
supra ne:an infra:intus:an extra:Nun modus:an  
locus circa te:nū aliud quiddam ex omnibus? In  
te autē omnia:abste omnia:prebes omnia . Nihil  
deniq; suscipis:omnia quidem habes. **Quid** autē  
nō habes:id ipsum nihil . Quando uero laudabo  
te pater? Tempus & momētū tuū capere nō uale  
mus. **Qua** potissimū i re laudes cātabo tuas? Nū  
i his:quæ creaueris:an i illis:quæ nō creaueris po  
tius? Num in his forte:quæ i lucem e tenebris erui  
sti:an in iis:quæ latent adhuc archano sinu recon  
dita? Per quid tandem hymnos tuo dicabo numini?

deus in eo qn.  
est quod nō e

deus nomine  
qua habet omnia

nunquid i laudatiōe tali ego ipse mei iuris existā ?  
an potius alter efficiat? Ipse profecto es: quicquid  
ego sum. Ipse es: quicquid agam. Ipse es quicqd  
deniq; dicam. Ipse enim es omnia: neq; aliud pre  
ter te quicquā. Quid sane non es ipse? Ipse omne  
quodcunq; genitum. es quidem intelligens pater  
fabricans deus: efficiens bonum: bona faciens ō  
nia. Materiæ namq; purissimus aer, aeris anima  
animæ mens: mentis deniq; deus.

**Q VOD IN SOLO DEO BONVM EST  
ALIBI VERO NEQ VAQ VAM .**  
**AD AESCVLAPIVM .**

**b** Onum o Aesculapi in nullo ponitur ni  
si i uno deo. imo ipsū bonū deus ipse sem  
per. Quāobrē essentiam ōnis motionis  
atq; cognitionis esse deum oportet. Hac essentia  
orbatū nihil. hæc circa se stabilē actū nullius ege  
nū infinitū: superabundantem porrigitē possi  
det. Vnū id uniuersoꝝ principiū. bonū porrigitē  
& effundēs. bonū quoq; nomino. bonū id: quod  
oīa bona: & quod bonū sēp intellige: hoc unico dō  
adest. neq; n cuiusq; idign⁹ ē: ut adeptiōē illi⁹ ap  
petendo: malus si: at. neq; iactura cuiusq; i eū cadit  
ūq; :ut post dānū dolor affitiat⁹. Maior. n portici  
mali. nec ē illo ualid⁹ aliud a quo expugnēt i hūc  
iniuria incideat nulla pōt: qua iiritat⁹ laceſſitus ue

excādescat . Nihil ei⁹ iugū subterfugit : quo cotē  
ptus indigneſ atq; irascatur . Nec ē ſapiēti⁹ eo q̄c q̄  
quod illi emulatiōne iicutiat . Itaq; cum hæc illi nō  
accident : nihil ei⁹ naturæ p̄ter ipsū bonū reſtitit .  
*dens uo iraſc*  
Quemadmodū uero nihil eōg : quæ mala ſunt : i  
hac iſunt eſſentia . ita in nullo alio bonum inue  
nitur . In ſingulis enim reliqua iſunt ſingula . tū  
in paruis: tum in magnis : tum etiam in his : quæ  
ſecundum unum . & in ipſo quoq; animali maxio  
omnium atq; potentissimo : quod utiq; paſſioni  
bus genita replet . Nā generatio paſſio quedam ē  
ubi autem paſſio: nullo modo bonum . ubi bonū  
non paſſio ponitur ulla . ubi dies nullo modo nox  
ubi nox : neq; etiam dies . Quapropter in genera  
tione bonum eſſe non potest . Reſtat itaq; in eo :  
quod ingenitū : ut autem materie confeſſa eſt : o  
nium paſcipatio . ſic quoq; boni paſcipatione:  
mundus bonus . bonum dico : in q̄tū ipſe etiam  
omnia efficit . Qua quidē ex parte bonus eſt mun  
dus: in reliquis omnibus non bonus . Paſſibilis . n.  
ac mobilis eſt : & omniū præterea cauſa paſſionū  
In hoie iſup compatōe mali : bonū . Id q̄ppe quod  
nō nimis malū quodq; mius malum : bonū i hōini  
b⁹ appellam⁹ . Quo fit . ut bonū n̄rum nihil aliud  
ſit q̄ mali portio minia . Vnde illud & ſeq̄ . ut bo  
nū hui⁹mōi : a malo ſeparū eſſe nō poſſit . Inqnač  
. n. hoc bonū : admixtiōe maloḡ . Infectū uero ul  
terius bonū non permanet . Si minime permna&;  
*ybi paſſio nullo  
bonū*  
*bonū iſtū / ſitū*

malum efficitur. In solo igit̄ deo: bonum ipsū exi-  
st̄it. Quare solum boni nomen ō esculapi:natura  
boni nequaquam. Neq; enim id cap̄e potest mate-  
riale corpus cōfectum ūd:q; :& oppressum prauis-  
tate:laboribus:doloribus:cupiditatibus:iracūdia:  
deceptionibus:stultisq; opinionibus:ac nugis. De  
terrimū tamē omniū id cēso esculapi:quod unū  
quodq; horum:quæ dixerim:summum creditur  
esse bonum. Fugiendū in primis malum est: uen-  
tris luxus:malorum omnium fomes. hinc error:  
hinc boni priuatio. Evidem ingentes deo grati-  
as habeo:qui:de natura boni cogitāti:mihi sentē-  
tiam hanc certam infudit.quod in mundo bonū  
esse non possit. Siquidem mundus congeries est  
malorum. Deus autem boni:uel bonum;d̄ i exu-  
berans plenitudo. Supereminentia quippe bono-  
rum circa essentiam sincere fulgentes atq; purissi-  
me. Neque forte sunt essentiæ dei. Audiendum  
sane id assero ō esculapi:essentiam dei.si ullam de-  
us habet essentiam:ipsum bonum esse. Pulchrum  
uero & bonum in mundo aut in mundi partibus  
inuenire non licet. Nam quæcunq; sensus mouēt:  
idola sunt:& uanæ quædam admirationes. Quæ  
uero s̄euū organa subterfugiūt:ad pulchrū bonū  
q; p̄tinēt. Utq; acies oculi:du nō cernit sic neq; pul-  
chrū bonūq; cognoscit. Hæ siqdē partes:di sūt itē  
gerrimæ illius ppriæ cognatæ:is̄ parabiles:pcipu-  
eq; dilecte, ut has ipse d̄ amat: sic ab his ipse de⁹

amatur . si deum percipere poteris : pulchrū quoq;  
bonumq; percipies . perfulgens omnibus illustra  
tum a deo . Pulchritudo . n . sine comparatione . Si  
ne mutatione bonū . Deus . n . comparationem mu  
tationemq; nullam obmittit . Quemadmodum er  
go deū pulchrum bonumq; noueris : ita sane : ex  
cæteris uiuentibus cū a deo se cerni nequeāt : nun  
q; comunicandum . Si deum quæsieris : pulchritu  
dine ipsam quæres : quæ tandem ad id ferat . unica  
via est : pietas cognitioni coniuncta . Quapropter  
ignari mortales : & a pietatis semita deuii ; hominē  
quoq; bonum nominare non uerentur . cum boni  
notitiam uerā habere nullam possit : sed malis irre  
titus & ilaqueatus sit : malumq; bonum esse cēseat  
insanabiliterq; malis utatur : eorūq; iacturam : pri  
uationemq; formidet . Omnibus deniq; machina  
mentis uiribusq; contendat : ne unico solū malo  
prematur : uerū & in numerū mala magnitudinēq;  
augeantur . Talia sunt o Esculapi decora hominū  
atq; bona : quæ nec fugere nec odiſſe ualemus . oī  
um namque dīfficillimū id existit . ob eam potissi  
mum causam : quia nos illis uti oportet atq; ueſci :  
iisq; orbati : uitam agere nullo modo possimus :

## QVOD SVMMVM MALVM HOMINI BVS IGNORARE DEVIM :

q      **V**eruitis mortales ebrii q meq; ignoran

tie combibisti? Cum id ferre nequeatis: euomite &  
Viuite sobri: oculis mentis inspicite. Quod si mihi  
potestis omnes: saltem quod possunt: id agant. Ignor  
antiæ pestis omnem terram subuertit. animaque cor  
rumpit coporis uincis inclusam. neque sinit eam sa  
lutis iter asciscere. ne permittite uos in lacum corrupti  
onis mortisque submergi. Respirate iam respirate:  
ad fontem uitæ recurrite. Illumque qui uos introdu  
cet in aditum ueritatis: capescite. Ibi fulgidum lumine  
nullis imixtum tenebris. ibi nullus ebrietate delirat:  
sed omnes sobrii uigilant: atque mentis oculis eum:  
qui uideri uult: acutius intuentur. Is nec auribus  
percipitur: nec cernitur oculis: neque sermone pro  
fertur. Sola mens eum percipit: sola mens predicit.  
In primis autem oportet uestire: quam circuiferas: ex  
uere. Indumentum in scitiæ: prauitatis fundamētum  
corruptionis uinculum: uel amē opacum: uiuam mor  
tem: sensitiuum cadauer: sepulchrum circuifertile: do  
mesticum denique furem. Qui dum blanditur: odit. dum  
odit: uidet. huiuscemodi est: quo circuifertis um  
braculum inimicum. Ad seipsum te deorsum raptat. ne  
forte cōspiciens ueritatis decorum: ac proximum bonum  
huius oderis prauitatem. neue huius insidias: quas in  
te assidue machinatur: aliquando presentias. hoc aci  
em interiorum sensuum hebetat: & obtundit. Crassa  
illam materia suffocat: abominabili fastidiosaque  
ebriat uoluptate. ne audias tamen: neue percicias ea  
quæ iure & audienda sunt: & ipsis inspicienda.

NIHIL EORVM QVAE SVNT INTERITVS:SED MVTATIONES:DECEPTI HOMINES INTERITVM NOMINANT. AD TATIVM :

d E anima & corpore uero fili dicendum. quoniammō imortalis anima:quātaq; sit agendi uirtute: in concretione dissolutōeq; corporis. Mors ad horum nullum attinet. Thanatos enim. i. mors cōceptus quidem est mortalis. appellationis: uel uanum quiddam: uel per ablationem primae litteræ. thanatos. i. mors. pro eo: quod dicitur athanatos. i. immortalis. Thanatos enim iterum significat. At nihil eorum: quæ in mundo sūt interit. Si enim secundus deus est mundus: nec nō immortale uiuens: impossibile ē imortalis animatis. partem aliquā interire. Quæcunq; mundo insue mūdi sunt mēbra. homo præsertim animal rationale. Primus omniū uere sempiternus: imortalis: ingenitus deus omniū auctor: Secundus deinde ad illius imaginē: mūdus ab eo genitus. & ab eodē seruatus: nutritus: & ī mortalitate dōatus. uelut a p̄prio p̄fe uiuens qdē sép: & imortalis. etenim sép uiles qdē: sép & imortalis. et. n. sép uiuens: & sépiternum: hoc inuicem differunt. quia sempiternum quidē ab altero factum non est. sin autem: fiebat a seipso: non ab aliquo factum fuit quia fit semper. Sempiternum enim quatenus sempiternum

*mors quid*

*Sépiternum  
et Sépedrum*

est omne : pater autem ille sui ipsius sempiternus  
At uero mundus: a patre seper uiuens imortalisq;  
factus Quantumq; materiae fuerat subiectum pa-  
tri . pater ipse corporeum agens & in molé congre-  
gans : id totum spericum reddidit . Imprimēs qua-  
litatem materiae existenti imortali ratione q; mate-  
riæ sempiternum habenti . Plenis autē ideis omnibus  
qualitates pater miserens in speram : uelut in gīru  
omni qualitate circumscripsit . Exornāt autē uolu-  
it id : quod post ipsum est . q̄si imortalitate fultiēs  
ōne corporis . ne materia ab huius congressu discede-  
re uolens : in suā deformitatem iterū resoluatur :  
**Quādo.** n. icorporea erat materia o fili: deformatio-  
erat . hēt hæc quoq; materia qualitates quasdā exi-  
guas: reuoluta crescendi pariter et decrescēdi natu-  
ra: quam homines mortem uocant . Huiuscemodi  
autē cōfusio circa terrena uiuētia .. Cœlestiū q̄ppe  
corpora unum atq; eundē seruat ordinem: quē sci-  
lic& primū a patre suo sortita sunt . Seruatur autē  
ipse a restitutione cuiusq; indissolubilis . Restitutio  
uero cōstitutionis corporis terrenoꝝ : ipsaq; disso-  
lutio in corpora dissolubilia: & imortalia restituuntur  
Atq; ita sensus priuatio fit: nō destructio corporū  
**Tertium** quoq; animal homo ad imaginē mundi  
genitus secundum patris uoluntatem sese habens  
præter cætera terrena uiuentia : nonmodo cum se-  
cundo deo cognitionem habet : uerum etiam in  
telligentiam primi . **Secundum** plane deum ut po-

te corporalem sensus comprehendit . Primū uero  
deum : ut incorpoream:bonamq; mentem mente  
consurgit . TATI . Id ergo animal nonne destrui  
tur ? TRISME . Melius melius ominare o fili : ac  
insuper meditare quid deus : quid mundus: quid a  
nimal immortale : quid animal dissolubile . Scito  
quoq; mundū a deo simul atq; in deo : hominem  
uero a mundo & in mundo consistere . Principiū  
autē comprehēsioq; omnium & constitutio deus .  
**QuOD IN SOLO DEO PVLCHRVM  
AC BONVM : ALIBI VERO NEQ; VA  
QVAM . AD AESCVLAPIVM .**

**h**oc eri o Aesculapi perfectam edidi orationē  
In præsentiarum autem necessarium esse  
arbitror : ut de sensu breuiter disseramus  
Sensus ac motus i hoc potissimū discrepare uidē  
tur qd hic secundū materiam : ille autē secū  
dum essentiam est. mihi tamē uterq; conuenire  
uidetur: neque distingui in hominibus ratione. In  
tus animantibus sensus nunc unitus est : in homi  
nibus autem intelligentia . Ab intelligentia quidē  
intellectus differt: quemadmodum a diuinitate de  
us . Diuinitas n.a deo: intelligentia uero ab homi  
ne prouenit . Hæc sermonis est soror . aut utraq;  
sibi inuicem instrumenta . Nam neq; sermo absq;  
intellectione pronuntiatur : neq; intellectio absq;  
sermone prodit in lucem . Quamobrem sensus &  
intelligentia in homine : tanq; connexa conspirat

inuicem. Neque enim sine sensu intelligere : neq; si  
ne intellectione sentire ullo modo possumus. Intel-  
lectionem tamē absq; sensu intelligere possibile  
est. instar eoz: qui in somnis phantasmata uidēt  
tamē quoq; uidentur utrāque operationes iſō  
niorum visionibus exterius : sensu autem ex som-  
no in uigiliā suscitari. In animam præterea cor-  
pus: homoq; unitur. quotiensq; utrēq; sensus par-  
ticule sibi cōsentient: tunc intellectio cōcepta mē-  
te disponitur. Mens omnes notiones cōcipit. bo-  
nas quidem: quotiens a deo semē infunditur : con-  
trarias autem : cum a demonibus quibusdam sp̄  
mata iaciuntur . Nulla profecto mundi pars est d̄  
monum præsentia destituta: horum lumen ab ip-  
so deo totū descendit. Demum deniq; transfusus  
in hominem : semina proprie orationis inspergit.  
Mens autem conspersa seminibus pregnans inde  
parit adulteria. Stupra: homicidia: patricidia : sacri-  
legia: diuinorum cōtemptum: iugulationes : euer-  
siones urbium: pestes hominum: & reliqua omnia  
quæcunque malorum sunt opera demonū. Dei pla-  
ne semina pauca : at illa quidem magna: pulchra  
bona : uirtus. s. temperantia: pietas. pietas: autē dei  
cognitio. Deum qui recognoscit : bonis refectus  
omnibus: notiones diuinas assequitur. notiones i  
quam haud multorum similes. Quadecausa si qui  
huic se cognitioni dedicant: nec ipsi uulgo placent  
nec uulgas illis. Insanire demum putantur: risūq;

reportant. Interdum etiam odio habentur: contumeliis afficiuntur: uitaq; priuantur. Improbitate enim hic habitar diximus: terramq; illius esse puerum. Terram dico non mundum totum: ut impii quidem obloquuntur: uerum tamen homo deo datus: q; primum diuinam pregestauerit visionem: obliuioni reliqua omnia tradit. atq; etiam quae re liquis hominibus mala sunt: huic ut bona continentur: consulanti prudenter: & ad scientiam singula referenti. quodq; mirandum est: mala semper in bona penitus conuertenti. Sed iam ad sermonem de sensu iterum redeamus. humanum est: sensu cu*m* intellectione coniungere. Nam omnes: ut supra reuerti: homines intellectione fruuntur. Cæterum secundum materialiam unus: alter secundum essentiam. Qui enim prauitatis seruus est materialis: a demonibus quoq; ut diximus: intelligendi semen accepit. At si qui bonitatis animæ sunt: horum natura ipse utatur. Deus enim omnium auctor: efficiens autem omnia: sibi ipsi consimilia reddit. Hæc tamē genita bona in operationis usu sterilia. Mundi namque reuolutio generatioes exagitās: qualitates efficit. Quas dā ificiēs: maloq; fedās. Quas dā defēsās: bonoq; purgās. Mūdus o*Æ*sculapii sēsū motū que possidet. nō humano sēsui motuq; cōsimilē: sed potētiorē sane atq; admōdū līplitiorē. Nā sēsus & intelligentia mūdi: id unū est. Cūcta s. facēr: ac facta resoluere. Diuījæ uolūtatis organū: hac potissimū

ratione constructum: ut a deo semina suscipiens  
uniuersa: eaq; tuto sinu recondens: omnia quidē  
cōponendo producat, omnia rursus auferat diui-  
dendo: atq; instar agricultoris periti: quodcunq;  
nimis adultum est: amputat. ut statutis tempore  
interuallis: reuirescat. Nec est quicq; cui uitā mū-  
dus ipse non præstet. Simulq; uiræ locus est: est  
atq; etiam institutor. Corpora uero ex materia in  
differentiā constant: hec quædam ex terra: quæ  
dam ex aqua: ex aere alia: ex igne quoq; permulta  
uniuersa certe composita. Quædā tamē congesta  
magis: nōnulla uero simpliora. Illa grauia: hæc  
leuia. Velocitas autem agitationis: illius uarieta-  
tem generationem qualitatis inducit. Spiratio. n.  
crebra existens: corporibus qualitatem una cū su-  
phabundantia uitæ: suppeditat. Deus igitur Cos-  
mi .i. mūdi pater. Cosmus autē eoz: quæ in cos-  
mo: & cosmus quidem dei filius. Quæ uero i cos-  
mo: sub cosmi ditione cōsistunt: ac iure cosmus  
appellatus est. Omnia siquidem uarietate genera-  
tionis .i. exornat, necnon indesinentia  
uitæ operatione perpetua necessitatis: celeritate e-  
lementorū: cōmixtione: ordine genitōz. Ipse igitur  
Cosmus: iornatus necessitate simul & merito nō  
nat⁹ ē: aīantium ūniū sensus & itellectio. Quæ ex  
externis influūt ab eo: quod cōtin& inspirata. Cos-  
mus autē quæcunq; ab ipsa origine suscepit a deo  
perpetuo seruat. Deus profecto: nō ut quibusdā

videtur: sensit, menteq; captus est. Ii:n.miseri pres  
si perperā obloquūtur. Quæcumq; sunt o Aescu  
lapi in deo simul: atq; a deo pendentia: partim p  
corpus agentia: partim mouentia per essentiam a  
nimalem: alia per spiritum uiuificantia: alia uero  
receptacula defunctoꝝ. Rectius autē dicemus de  
um talia nō habere: sed ut ueritatem liquidam ex  
primamus: ipsū esse cuncta fatebimur. Nec ea q  
dem ab extimis capeſ: ad extima nihil minus por  
rigentem. Id est sensus & itellec̄tio dei. Vnde nul  
li unq; futuꝝ est tempus: in quo existētum aliqd  
in nihilū euaneſcat. Quotiens uero existētia dico  
dei: dico theſaurū. Nā existētia ipſe deus amplec  
titur. Extra hunc nihil ē. extra nihil ipſe. Hæc ri  
bi o Aesculapi intelligenti: uera uidebuntur igno  
ranti autē: incredibilia. Intelligere. n. ipsū credere  
est. at nō credere: proculdubio ignorare. Sermo  
ſiquidē meus ad ueritatē uſq; cucurrit. Mēs quo  
q; ápla: & a sermone ad certū qddā deducta: ueri  
tatē atigit. Deniq; comprehēdēs oīa:eaq; iueniens  
conſona illis: quæ interpretabatur e uestigio credi  
dit: & in iīa fide decora fœliciter requeuit. Quæ i  
gitur de diuinis dicuntur: itellecta credūf qdē: nō  
itellecta negāf. hæc aut̄ d̄ itelligētia dicta ſufficiāt.

## MERCVRI TRISMEGISTI CLAVIS AD TATIVM

**H** eſternū o Aesculapi ſermonē aſcripsi tibi. Vn  
de æquū ē hodiernum Tatio dedicat: eoq;

magis id opere reperitum: quo disputatio præsens:  
omnium ad illum a nobis antedictorū cōpendia  
ria quædā summa futura est. Deus & pater & bo  
num o Tati naturā eandem: immo eundem actū  
habent: Illa siquidē augmenti: diminutionisq; ap  
pellatio ē: quæ circa mutabilia & imutabilia. i. hu  
mana & diuina uersantur. Quorū unumquod  
que ille uult esse: alibi uero actum: quemadmodū  
in aliis demōstrauimus: diuinorum atq; humāoꝝ  
quæ quidem in hoc intelligere necesse ē. huius ac  
tus uoluntas est: huius essentia uelle cuncta subsi  
stere. Quid est deus & pī & bonū? nisi ipsum es  
se horū omniū nōdum existentium? Quin etiā  
existēria ipsa horum dum sunt; id deus: id pater: id  
bonum: cui nihil aliud ex omnib⁹ applicatur. Mū  
dus enim ac sol eorum: quæ sunt secundū partici  
pationē pater: nō tamen uiuentibus uitæ bonita  
tisq; causa. Quod si hoc ita se habeat: comprehē  
sus agitur a uoluntate boni: sine qua: nec esse un  
quam nec fieri potest: Cum filiorum pater. tum p  
creationis. tum etiam alimenti: per solum appeti  
tum boni suscipiens. Nam bonum actuum est: id  
alteri cōuenire: quā illi nequit. Quod cū accipiat  
nihil: uniuersa uult esse: Nō dico o Tati uniuersa  
facit: faciens enim longo quodā tēpore: deficiens  
ac indignum est. Siquidem interdū facit: iterdum  
cessat: egenum quidē & quātitatis: pariter & quali  
tatis. Nō nunq; qualia & quanta disponens: alias

horum contraria. Deus autem & pater & bonū:  
eo ipso quod omnia est. Tale igitur ei quidem ista  
precipere potest Etenim hoc uult esse: & ē. Et ipsū  
maxime uero ipsi: nam cætera oīa ppter ipsum.  
Proprium quippe boni:o Tati sese notum preber  
id bonum est o Tati. TATIVS. Visionis pater bo  
nae & pulchræ nos participes redidisti. Vnde meæ  
mentis oculis uisioē quasi iam expiatus est. TRIS:  
Neq; uero quemadmodū solis radius: fulgore ni  
mio: corrumpt oculos: calligantesq; reddit: sic ip  
sius boni cōspectio. Illustrat enim: atq; oculi lucē  
eo magis exauget: quo quis capere magis potest  
intelligibilis splendoris influxū. Velocior est &  
acutior diuina lux ad penetrādū: innocentiaq; & in  
mortalitate singula complens. Qui nitorē hūc a  
corpore uberius haurire possunt: Obdormiūt sæ  
penumero a corpore ad aspectum pulcherrimū:  
quemadmodum Celius & Saturnus nři pgenito  
res assurgūt. TATIVS. Utinā & nos pater. TRIS:  
Utinam o fili. Ad huc tamē ibecilliores sumus ad  
cōspitiendū. Tunc autem poterimus mentis ocu  
los eleuare: bonūq; decorem incōprehensibilemq;  
prospicere: cum nihil de illo prorsus dixerimus. E  
ius cognitio diuinum silentium est: & intēta ūniū  
applicatio. Qui id intelligit: nil potest aliud co  
gitare. Qui id meretur: nil præter ipsum aliud  
intueri. Qui id audit: nil audire post ipsum: ne  
q; corporis & sui mēbra mouer. Vniuersis pfecto

corporis sensibus motibusq; solutus : intrepidus agit . Nam qui totum circūlustrat undiq; : mente totam quoq; irradiat : animā abstrahit totā a corpore : totam in essentiā deniq; dei trāffigurat . Im possibile . n. o fili animā hominis : in corporis fece iacentem diuinā assūmere formam . Neq; licet etiam dei pulchritudinem contueri : nisi quis ante in deum fuerit reformatus . TATI . Quonam pacto id dicas o pater ? TRISME . Omnis animæ distributio o fili : TATI . mutationes autē quonā mō iteri distribuentes ? TRISME . Nū i his quæ generatim diximus audisti : quēadmodū ab una mūdi totius anima: uniuersæ profluunt animæ per omnē mundum tanq; distributæ circūcurrentes ? Harrū utiq; anima: mutationes permultæ: parti sane in melius fœlitiusq; : parti autē in contrarium . Nā reptiliū quædā : i aqtilia transmutant : aquatiliū animæ : in terrestria migrant : terrenos in uolatilia scandunt : aereos uertunt in homines : hominū deinde imortales animæ : in demones transeūt demū i deos chos fœliciter reuolant . Chori deo rū gemini . uagatiū unus : non uagantiū alter . At q; hæc est suprema animæ gloria . Anima uero in corpus humanū delapsa : siquidē mala perseuera uerit : non gustat immortalitatis quicq; . neq; bono etiam fruitur . Reuoluto autem itinere in reptilia præcipitans : hæc utiq; adiudicatio penaq; est animæ malæ . Prauitas animæ : ignorantia . Aia

naturæ rerum bonique iſcia:orbata oculis:corpo  
ris ſeſe paſſionibus iſplicat. Aja  
.i. mali demōis ritu corruta:ſeipſam ignorans:abi  
ectis corporibus:mōſtrisq; dformibus:ſeruit. Cor  
pus ſuū uelut onus infestū circumfert:nō presidēs  
corpori:ſed ob ignorantiam ſubiugata. Contra  
uero uirtus animæ cognita ē. Eruditus.n.re uera:  
bonus:pius:diuinus. TATIUS. Qui hic eſt o pī  
TRISME. Qui nec loquīc:nec audit multa. Qui  
duobus ſermonibus:ſeu dicendis ſiue audiendis:  
intendit.& pugnat in tenebris. Nam deus:& pī:&  
bonum.nec lingua pronunciatur:neque percipi  
auribus. Cū hæc igitur ita ſe habeāt i oībus:quæ  
ſunt ex eo:quod ſeorsum ab illo eſſe nequeunt:ſe  
ſus iſunt. Inter cognitionem aut:ac ſenſum:mul  
tum iſteret. Sensus enim ſuperantis motus existit  
cognitio: ſcientiæ terminus. Scientia dei donum  
ſiquidem una quæq; ſcientia incorporea mente u  
tens ut organo: mens autem corpore. Quāobrē  
utraq; in corpora: tum intelligibilia: tum etiā ma  
terialia: recurruunt. Ex oppositione .n & cōtrarie  
tate cōſtare omnia neceſſe eſt: neq; aliter ſe habere  
poſſibile eſt. TATIUS. Quis igitur materialis iſte de  
us? TRISME. Mundus: pulcher quidē: non ta  
men bonus. etenim ex materia conſtat: paſſioni  
busq; ſubiicitur. Primusq; eſt eorū: quæ patiunt  
Secundus autem eorū quæ ſunt. Indigus: præte  
rea ſuapte natura factus: aliquādo ſemper exiſtēs

consistens i generatione atq; genitus: qualitatūq;  
& quantitatum omnium genitura. Mobilis enim.  
Omnis autē materialis motio : generatio dici de-  
bet. Intelligibilis quoq; status hoc pacto : motum  
materiale agitat. Quoniā mundus spera est. i.ca-  
put. nec supra caput materiale quicquam. Quēad  
modum neq; aliud sub pedibus intelligibile: at ma-  
terialia cuncta. Mens uero caput in circulū agita-  
tum. i. secūdum naturam capit is motū. Quotcū  
que igitur cōrigua sūt: capit is illius pellicule: quæ  
sane anima est: imortalia nata sunt: quasi corpus  
sit in anima cōstitutum: animamq; habētia: plena  
sunt corpore. Vege quicquid a pellicula procul in  
qua sunt: quæ magis participant anima: corpus  
existit. totū uero animal est. Itaq; mundus ex ma-  
teriali quodam & intelligibili: compositus est. Mū-  
dus animal primum: homo secundū: post mūdū:  
animal. Primum autē animalium reliquoꝝ. quod  
cunq; uero anime munus conceditur aliis homo  
quoq; possidet. Neque solum nō bonus sed malus  
etiā. utpote mortalis perpenditur. Mundus enim  
non bonus: quia mobilis: nō tamē malus: quoniā  
immortalis. Homo autem tū quia mobilis: tū ēt  
quia mortalis: malus esse censetur. Anima homi-  
nis i hunc uehitur modum. Mens i ratione. ratio i  
anima. anima i spiritu. spūs in corpore. Spiritus p-  
uenas arteriasq;: sanguinemq; diffusus: animal ūdi-  
que ciet: molēq; corporis suspensā substinet: atq;

circumfert. Vnde decepti quidam : humorem san-  
guinis:animā existimarūt. nos plane latuit. quia i  
primis oportet spiritum ad animā usq; manere. d  
ind sanguinem coalescere:uenasq; & arterias cauas  
extendi:demum resolui animal:eamq; mortē cor  
poris eīse. Ex uno aut̄ principio cuncta dependēt  
principium:ex uno atq; solo . Et principiū quidē  
mouetur:ut rursus extet principium. Ipsum tamē  
unū prestat:nec ab unitate discedit . Tria igit̄ hæc  
sunt: Deus pater bonū:& mundus:& homo . Mū  
dum deus habet:mūdus hominem . Mundus dei  
filius:homo genitura mundi. Neq; enim ignorat  
deus hominem:sed curam eius habet. ab eoq; co  
gnosci se uult. Hæc unica salus homini : cognitio  
dei. Hæc ad olympū ascensio. Ex hoc uno dumta  
xat anima bona:neq; interdum quidē bona : alias  
autem mala. at secundū necessitatē . TATI. Quo  
mō id asseris omni Trismegiste? TRIS. Hoc inquā  
assero. animam pueri contemplari seipsum: nōdū  
ex natura sua ppter corpus egressam: nondū enī  
corpus omnino cōpactū ē: ac seipsum undiq; pul  
chram cōspicere. Nā haud corrupta est adhuc a  
corporis passiōib?: mūdi totius aia tūcq; depēdēs.  
Cū uero cōpactū ē corpus: animāq; i sui molē di  
spergit:& distrahit: tūc illa obliuioni subiicit: pul  
chriq; ac boni uisione priuat. Obliuio autem  
ipsa improbitas est . Idemque accidit iis: qui  
egrediunt ex corpore. Recurrente .n. aia i seipſā :

spiritus in sanguinem: anima in spiritum cotrahit  
Mens a uelaminib⁹ libera & diuina existēs: suapte  
natura igneum sortita corpus: per loca omnia cir  
cūuagatur. animamq; iuditio iusto ac merito sup  
plilio dereliquit. TATIVS. Quo pacto id aī o  
pater: TRIS. Mens quidem ab anima: anima ue  
ro a spiritu seperatur. Indumentū mentis anima.  
Indumentū animæ spiritus. Cointelliger oportet  
o fili cum dicente auditorem: atq; cōspirare: audi  
tumq; acutiorem uoce dicentis h̄e. Harum o fili  
uestrū cōuolutio in corpore terreno cōficitur. Siq  
dem nudam secūdum se mentē i terrea sistere mo  
le penitus impossibile. neq; enim potis est terrea  
fex mētē adeo diuinā suscipere: neq; tantū numē  
patibili confirmatū corpore sustinere. Assumpsit  
ergo mens animam uelut amictum. Quin et aī  
diuia existēs uehiculo spiritus uti. Sps animal  
totū p̄currit. Itaq; cū primū mēs a terreno corporē  
soluitur: proprium mox subit amictum igneū: ui  
delicet corpus: quo sane quandiu circūtecta est: i  
terreum corpus turgescere nequit. Terra namque  
ignem minime sustinet: tota liquidem ab exigua  
sintilla cremaretur. Qua d̄ causa terrenæ moli cir  
cumfusus est humor: quasi quodam ad combusti  
onem ignis obstaculum: qui cum acutissimus ac  
uellocissimus sit omnium diuinorum cōceptuum  
singulorum cōprehendit elementorum corpora  
Etenim ipse coelog⁹ artifex: igne pouissimū ad suā

fabricā utitur . Opifex quidem totius:utitur om  
minibus.oīs autem faber iis:quæ sunt circa terrā .  
orba nanque igni mens hominis:ad humanāq; di  
spositionem dumtaxat idonea.diuina cōstrueſt ne  
quit.Humana certe anima:non oīs quidem:ſi pia  
beataq;:diuina:postquam uero huiuscmodi aīa  
per mortem a carcere corporis est exempta : cum  
omnis subierit uitutis:pietatisq; mandata:certe a  
ut mēs:aut deus efficitur. Certamen autem religi  
oīe pietatis:hoc est. Recognoscere deum:iniuriā i  
ferre nemini.anima tamen impia ī natura propria  
remanet:ac ſeipſam nimiū crutiat:corpus querit  
quod ingrediatur terrenum & humanū. Aliud q  
ppe corpus quā humanū:animā nō capit huma  
nam:neque fas est in corpus animantis ratione ca  
rentis:animam rōnalem corrueſe. Lex enim diuīa  
generationem tam nephariam prohibet. TATI .  
**Quo** igitur modo crutiat o pater hōis anima ?  
**Quodue** ſupplitiū huius animæ grauius? TRIS.  
Impietas o fili mi Tati:cuiusnam ignis ardentior  
flamma:quam impietatis est? Quænam fera mor  
dax ita corpus lacerat:ut inpietas laniat animā ?  
Nōne uides quot malis animus premitur impius?  
**Heu** ſic fili uociferatur ipius animus . Vror:absu  
mor:quid agam nescio . Deuorant me miserū ma  
la undiq; confluentia:non video quicquam: heu  
miser:non audio.Tales afflicti ſunt animi uoces .  
**Talis** naturæ congrua mulcta:nō qualē tu forte

fili: & alii quidam arbitrantur: quibus uidetur anima nostra: postquam est humanam exuta figuram in corpora degenerare brutorum. Hic enim impius error. uerum castigationis eius modus alter. Mens utique cum demon efficitur: ad obsequium dei iubetur igneum capescere corpus: inde in animam trassusa nephastiam: causam flagellis uerberat peccatorum. his ait uerberatus iniquus ad neces: concupitia: obiurgia: rapinasque uarias sese uertit. ad ea denique per quae deliquerunt homines: uniuersa delabitur. At cum in sancta mens influit anima: extolit illam ad sapientiae lumine. Hec anima postmodum nunquam somni torpore largescit: sed & uerbis pariter: & operibus humano fert opem generi: iuuatque modis oibus suum se p emulata parentem. Quam obrem oportet omnibus nos agentes deo gratias: obsecrare: ut bona metis participes efficiamur. in melius quidem anima migrat: in deterius nunquam. Est et animarum communio quaedam deorum. animae communicaunt hominum animis. Deus se communem singulis exhibet. prestantior enim cunctis ille. Cuncta autem illo sunt imbecilliora. Mundus deo: homo mundo: homini brutum subiiciatur. Deus super omnia est: & circa omnia. Dei radii actus existunt: mundi radii sunt naturae: radii uero hominis artes atque scientiae. Per mundum excentur actus: iisque in hominem: per mundi radios, naturales descendunt. Naturae plementa: homines per artes atque scientias. Hac utique mundi totius

administratio ex unius natura dependens: perq; unam materiem recte discurrens:qua nihil ualidus:nihil diuinus:nihil deniq; magis unitū. Homi num ad deos:ad homines deoꝝ cōmunicio. Iste bonꝝ est dæmon:anima:quæ hoc plena est:beata est. misera uero:uacua. TATIVS. Quanā ratione id ait o pater: TRISME. Scito mi fili:quia anima ónis habet ipsum bonū pro mente. De hac enim præ sens nobis est sermo:non de ministro huius: quē supra diximus:ex iuditio demissum ad iferos. Anima:mentis præsentia destituta:nec agere quicquā nec dicere potis ē. Sæpe uero mens extra animā: quo quidem ī tempoꝝ nec audit:nec uidet anima: sed animali similis est ratione carenti. Tanta ē potentia mentis:quæ animam huiusmodi deserit:im plicitam corpori:& ab eadem tractam ad infera. Talis anima fili mi mente nullā habet:Idc q; nec hominē hunc appellare phas est. Homo siquidē animal est diuinum:nec est cum terrenis brutis: sed cum diis coelestibus cōparandus. Quin immo si audendū est ueꝝ fateri:homo uetus uel cœlico lis est prestatior:uel saltē pari sorte poitur. Etenim quicunque cœlitum descendit ad terram: cœli limitem deserit. Homo autem ascendit in cœlū illudq; metit. Nec eum fugit: quæ imā sūr:quæ ue sublimia. Ac ſliqua omia diligēter iqr̄it. Quod que maius ē terrā qdē haud dimittēs:ī cœlū attolit:tā ampla ē humāe naturæ potestas. Quāc brē:

audendum est dicere. hominē quidem terrenū:de  
um esse mortalem . Deū vero coelestem: imortalē  
hominē. Itaq; hōge uirtute duog;:hominis scilic&  
ac mundi : gubernātur singula. uni demum cunc  
ta subiiciuntur .

### MENS AD MERCVRIVM:

d Esine tā diu differere o Trismegiste Mer  
curi . Sile : iam ante dictoꝝ reminiscere :  
Etenim sensum tibi meum nō pigebit ex  
primere.eoꝝ magis:quo multæ & uariæ iter mor  
tales:de mūdo deoꝝ opiniones pererrant. TRIS.  
Equidē ut ingenue fatear huius rei ueritatem : nō  
dum teneo ipse.ergo mi domine puram exprime  
ueritatem.nam unicum te elucidare talia posse cō  
fido.MENS. Audime iḡ ofili. Tēpus:deus:& uni  
uersum:sic se habent . Deus eternitas .tempus ge  
neratio. Deus eternitatē:eternitas mundum:mun  
dus tempus:tempus generationē efficit. Dei qualis  
essentia est:bonum pulchꝝ.beatitudo. sapientia .  
æternitas.essentia.ipsum idem.mūdi ordo,tempo  
ris transmutatio.generationis mors & uita. actus  
dei mens & anima.æternitas.perseueratio . atque  
immortalitas.mundi institutio & restitutio , tēpo  
ris augmentum.& diminutio.generationis deni  
que qualitas.Aeternitas ergo i deo . in æternitate  
mundus . tempus in mundo . Intempore genera  
tio.æternitas extat circa deū.Mundus i æternitate

mouetur: tempus terminatur i mundo. generatio  
cōplicetur in tempore. fors itaq; omnīm deus.  
essentia uero aeternitas. Opus aeternitatis est mū  
dus. factus quidem nō aliquādo: factus autem sē  
per ab æuo. Cum uero nunquam cesser æuum:  
nunquam cessabit & mundus. Cumq; sit mundū  
aeternitate comprehensus: nulla mundi pars īterit  
**T R I S M E.** dei uero sapiētia quid est? **M E N S.** Bo  
num: pulchrū: beatitudo: omnis virtus & æuuū a  
unde immortalitatem prestat æuum: pseuerantia  
materiæ tradens. Origo enim materiæ pendet ex  
æuo: quemadmodū ex deo æuum. Generatio q  
dem ac tempus naturæ geminæ. & i cœlo sunt &  
in terra. in cœlo sane immutabilia sunt. Hæc duo  
atq; immortalia: in terra mutabilia corruptiōi q; o  
bnoxia. Aeternitatis anima deus est: anima mun  
di aeternitas: terræ anima: cœlum. Deus in mente:  
mens in anima: anima autem in materia. omnia ue  
ro ista per æuum: totum hoc corpus. in quo cor  
pora omnia anima mente: deoq; plena: itima mū  
di replet: cōplicetur extima: uitam oibus hæc su  
gerit. extrinsecus quidem: igenti huic pfectoq; a  
nimali mundi: intrinsecus autem cæteris quæ ilūc  
mundo uiuentibus. Supraq; i cœlo: quod idē est:  
ōnia sistens ifra uero i terra: generationē agitans.  
Mūdū pfecto cōtinet æuuū. siue p necessitatē: seu  
puidētiā: uel natura. Et siquid aliud quis cogitat:  
uel ēt cogitabit unquam; id ōne deus agit. Actio

dei potestas i superabilis: cum qua nec humanam:  
nec diuinam ullam comparare quis audeat. Cae  
igitur o Mercuri. ne quid inferorum: ne quid ét  
supnorum dei simile céreas. nam a uirtute penitus  
aberrares. Nihil quippe simile est: quod dissimile  
solumque & unum est. Neque cuiquam putas eā  
dem: quæ deo uim adesse. Quid enim post illum  
tale: & ad immortalitatem: & ad qualitatis trásmu  
tationē: quid auté præter hoc aliud deus efficiet?  
neque enim ociosus est deus: nam ociosa forent  
omnia. Cuncta siquidem plena sunt deo: ocium ue  
ro innallis mundi partibus reperitur. nomé pfecto  
uo unum est ocium. tum secundū id quod agit:  
tum etiam secundum id quod agitur: uniuersa fieri  
necessa est: ac semper fieri secundū loci cuiuscq; na  
turam. Agens non uni præsés est tantū: sed omni  
bus nec unū dumtaxat uerū uniuersa producit.  
Nam efficax existens in se ipsa potestas: in iis quæ  
facta sunt minime sufficiens est. Sub ipsa enim sūt  
opa ab illo progenita. Age: contemplare: pro me  
subiectum tuo cōspectui mūdum: atq; eius diligē  
ter circūspice formam. inuiolabile corpus: quo ni  
hi antiquius per omne qđem adultum ac uirens.  
Inspice præterea mundos septē suppositos: orna  
tu mirifico fabricatos: ordine sépertino: cursu suo  
differenter cōplentes æuū: plena lumine singula:  
ignis uero in illis nullo modo. Amicitia enim cō  
trariorum: dissimiliumq; cōmixtio, lumé instituit

illustratū ab actu dei: bono & omnium genitoris: totius ordinis principis: septemq; mūdorū ducis eterni: lunam uero cæteris præcurrentem: naturæ organum: inferiorem materiam trāsmutantē. Terram in mundi medio sitam: pulchri mūdi subseliū nutrimentū terrenorū omnium: eandemq; nutricem. Meditare numerum mortaliū: immortaliūq; uiuentium. medium uero quasi cōfinium utrorū que: mortalium uidelicet atq; imortalium: lunam ipsam circueuntē. Anima rursus omnium plena: propriis ab ea motibus agitata: partim quidē circa cœlum: partim uero circa terram: nec ea quæ dextra sūt ad sinistra: neq; leua ad dextra. Item nec supra ad ifera: nec ifera iterū ad superna. Quod aut hæc oīa geīta sint oī dulcissime mi Mercuri: nequaquam nunc opus ē: ut me differente perdiscas. Nā corpora sunt: hēntq; animā: & mouētur. Hæc autem in unū congregati absq; congregantis uirtute īpossibile est. Oportet igitur aliquē esse talē ac penitus unū. Nam cū multi: uariiq; sint motus: & dissimilia corpora: unus autem ordo uelocitatis in omnibus: īpossibile ē duos aut plures esse factores: neq; enim ordo unus pbaretur ī multis. Præterea qui iter illos ibecillior esset: potentiori nimirum ī uider&: ex quo seditio quædā exoriretur. Itaq; si unus eorum auctor mutabilium animalium extisset: cuperet quoque immortalia gignere quem admodum genitor immortaliū affectar& mortalia.

Quin etiam una existente anima : unaq; materia  
ad quam illorum potissimum fabricatio pertinet .  
Quod si ad utrumque:ad quam prius maior sic  
autem cogita . One corpus uiuens seu mortale siue in  
mortale ex materia constat & aia. Onia sane uiuertia  
corpora animata sunt:non uiuertia uero:nuda pe  
ne in omnia. Anima quoq; similiter secundum se  
ipsam suo propria parenti:uitae causa est. uitae au  
tem causa:est quilibet imortalium . Quoniam igi  
tur modo :mortalia uiuentia differunt a mortali  
bus: itemq; ab immortalibus imortalia : esse itaq;  
horum omnium auctoris praeter ceteris est praece  
puum Nam aia una:uita una : una quoq; materia .  
Quisnam iste quis alter praeter unicum deum :  
Num alteri cuiquam quam soli deo conuenit pcre  
are uiuentia : Vnus itaq; deus mundum unu est  
confessus:& solem unum:unicam lunam : unam  
quoq; diuinitatem. Ipsum uero deum quot credi  
mus esse: Vnus igit singula facit i multis . Num ce  
ses arduum quiddam & laboriosum deo. uitam : a  
nimam:immortalitatem:mutationemq; efficeret  
Tu enim tot tantaq; potes:uides:audis:odoras:gu  
stas:tangis:loqueris:graderis:spiras:intelligis. Necq;  
alter est in te:qui uidet:quiue audit alter. Nec loq  
tur unus:graditur alius:hic odorat:ille gustat:hic  
spirat:intelligit ille. At unus haec oia praestat:neq;  
etiam possibile est illa sine dei materia fieri. Ut eni  
qui cessat ab iis:non est amplius animal:sic qui ab

illorū cōstructione cessaret: minime deus esset. id autem suspicari nephariū. Quod si concessum nī hil in rerum natura consistere:cui nō insit natura lis quidam agēdi uigor:simulq; certi operis execu tio:quanto magis asseuerandum est deo nō desse potestatem omnium & effēctum: Nam quicqd o ciolum:imperfectum:imperfectum dicere deū ne phas. facit igr omnia deus . Nunc mihi id paulū temporis o Mercuri totus adesto: ipsū te mihi de dito:opus dei confessim intelliges. Hoc opus ades se necessarium erat:ut essent ea quæ sūnt:quæue fiebant:& quæ fient in posterum. Id autem o sua uiissime mi Mercuri uita est:id uero pulchrum; id autem bonum:id deniq; deus. Sin autem petieris ut hæc tibi p exempla operum ante oculos ponā: aduerte quid tibi accidat generař uolenti.nō tamē illius hoc simile. Ille siquidem non diffunditur uoluptate:non habet operis adiutorem . Suāpte na tura efficax:ui propria operans uersatur:in opere semper existens ipse:quodcunq; fecerit unq. Si q̄ do i fluxū suum ille subtraxerit : defitiente uita :i mortē corrunt uniuersa. Cū uero uiuant oīa:una q; sit uita cōctoꝝ :unus ē deꝝ. Rursus si oīa uiuē tia sunt:& quæ i coelō uidentur:& quæ iacent i terra :una aut̄ uita cūctoꝝ manat ex deo. atq; ipa & ipē est deus.ab uno sūnt oīa cōditore . Vita ue ro est unio mentis & aīæ :mors aut̄ nō pñties cō cretoꝝ : sed unionis plurium dissolutio . imago

ergo dei æuū:æui' mūdus:mūdi sol : solis autē ho  
mo. At uero mutationē quandā populi mortem  
esse arbitrantur:ob eam causam :quia moles resol  
uitur corporis:uita se reuocat in occultum . Equi  
dem o dilecte Mercuri,mūdum quidē mutari hac  
te doceo rōe:quia quædam illius particule i occul  
tum iugiter abeunt:nunquam tamen interire illū  
existimato. Hæ profecto mundi sunt passiones:re  
uolutio scilicet atq; occultatio. Reuolutio quidem  
conuersio:occultatio autē renouatio est. Omnipot  
eris præterea mundus formas haud sane aduertiti  
as:peregrinasq; suscipit,uerū ipse eas i seipso coagi  
tat:etiani omniiformis mundi similis erit:at si uni  
tam formā habuerit,in hoc erit mundo deterior .  
Quid itaq; dicemus ad hec:ne obsecro i ambiguo  
resistamus. Quod enim i diuinis ambiguum non  
dum cognitum:unā igitur hab& ideam.huius au  
